N° 58.

Observatiō chirurgiā de absceßu vesicæ qui creatus fuit per stranguriam in exitu partûs

abcès de vessie survenu à la suite d'un accouchement.

Decimo octavo mensis octobris 1761. vocatus fui
+ ad videndum mulierem viginti novem annorum
tertiâ die sui partûs primi pueri sui; quando
adveni medicus suus dixit mihi ægram non
minxisse à die quo pepererat, et omnia remedia
quibus usus fuisset tam internis quàm externis
nullum habuisse effectum, ex quo status ægra
multum periclitabatur, eo quod alvus inferior erat
+ extraordinaria tensatione affectus, advertebatur ex
pubi usque ad umbelicum circumscriptio, quæ
exhibebat vesicæ faciem, halitus in angustias
valde compellebatur.

vesicam specillo exploravi, urinæ quinque libras
+ semi emergit, quæ videbatur naturalis, hæc
detractio minuit tensionem alvi inferioris et ægra
levata est; fomenta emollientia, aromatica posita
sunt in ejus ventre; ipsa usa ptisanâ compositâ
cum lini semine et bis malvæ radice:

Ægra febri laborans maximâ, ejus medicus sanguinem
detrahendi brachio consilium dedit, animadverti

Caput non esse implicatum, febrim fortasis esse ~~adventam~~ creatam depravatâ vinâ diu in vesicâ commoratâ; adinimadverti etiam abondantiam
+ purgationum partûs non exigere venas sectionem
+ quas facienda foret si contingerit ut duret febris sive in brachio, vel in pede;
Decimo nono adii ægram tranquillum somnum habuerat per partem noctis, febris parum minuerat, dixit mihi se mixisse, inveni tamen
+ alvum inferiorem non minimus tensum quàm die præcedente, et lintea madidiore solis partus purgationibus; Ejus vesicam specillo denuo exploravi et emergit tantum vinæ quantum ante, sed odoris aeris; Præscripsi ut bibeat multum ptisanæ et capiat aliquos clysteres emollientes.
Die vigesimo invisi ægrotam ut de ejus statu certior fiam didici ab infirmariá eam ~~non mixisse~~ minxisse á pridie; Ejus denuo vesicam specillo exploravi vinæ loco pus nigrum odoris
+ cadaverosi tam copiosum ut estimaverim illud duabus libris, tam acre erat ut specillum factum sit ita nigrum quám si mersum fuisset in aquâ forte; Ægra acerbissimis doloribus cruciabatur in

vesicâ præcipue versus junctionem ossium pubentium; quamvis hæc mala advenissent aurit febris nec caput implicatum fuit; præscripsi ægræ exactam dietam; ex eo tempore ejus vesicam bis quotidie speccillo exploravi ad exinaniendum pus et quoties injiciebam in vesicam aquam hordeaceam et mel rosatum; ægra acerbissimis doloribus cruciabatur quando injectiones ingrediabantur in vesicam; suspicavi mel rosatum esse causam, abrogavi illud et usus sum aquâ

+ hordeaceâ quæ minimos dedit dolores et urentes sensus; pus copiosum erat per quindecim dies, et non mutavit qualitatem per octo; post tempus, pus factum est melius et imminutum est sensim; tunc animadverti ægram non pati quando faciebam injectiones; credidi necessarium esse ut redderem injectiones detergentes componendo eas secundum hanc formulam

℞ flor hyper m. j, hordei integ M j, aq communis ℔iij, fiat decoctio ad ℔ij, in colatur dissolv mel rosat ℥iss; quod mihi prospere successit, usum perseveri, usque ad perfectam sanationem exeunte morbo; ipsa cepit potum levem hypericifl

N.° 18

infusionem, ad vesicæ fibris vim dandam;
Præteritis duobus semi mensibus, Ejus inter
missis partus purgationibus, ipsam purgavi
cum cassiâ et mannâ; Post morbi tres
menses vidi ægram omnino sanatam et
perfectâ sanitate fruentem.

Lenglet

Chirurgus magister